

The Electronic Manipulus florum
www.manipulusflorum.com

Miseria t
cum fontibus primis

Et deest et superat miseris cognitio.

Et deest et superest miseris cogitatio.

Publilius Syrus, *Sententiae*, 151 (G. Meyer ed., p.28).

Felix improbitas optimorum est calamitas.

Felix improbitas optimorum est calamitas.

Publilius Syrus, *Sententiae*, 175 (G. Meyer ed., p.30).

In misera uita contumelia est.

In miseria uita etiam conntumelia est.

Publilius Syrus, *Sententiae*, 244 (G. Meyer ed., p.36).

Miserum est agere cogi quod cupias loqui. Miserrima est fortuna que inimico caret.

Miserum est tacere cogi, quod cupias loqui. Miserrima est fortuna, quae inimico caret.

Publilius Syrus, *Sententiae*, 314-315 (G. Meyer ed., p.40).

Sola miseria caret inuidia.

Nulla est uirtus quae non habeat contrarium inuidiae malum;
sola miseria caret inuidia,
quia nemo inuidet misero, cui reuera non liuor obicitur, sed sola misericordia adhibetur.

Seneca in proverbiis.

Isidorus Hispalensis, *Sententiae*, 3, 25, 4 (CCSL 111, P. Cazier ed., p.262, ll.11-14).